

Deus sit: qui ipse admisit, qui commisit eadem, quam DEUS seve-
 rissime punit, puniri et ipse jubet gravissimè! Judicate, an non parici-
 dii poena dignus fuerit, qui parricida erat execrandus! Judicate, et
 mihi simul dicite: quàm malè coherens insuper timor hic est, cum eo,
 qui acerrimus omnis justitiae fuit osor. Quid? Nonne Jupiter, ipseque
 per vim alienorum bonorum invasor, aliena rapuit? Rapuit omnino, pri-
 mus ipse, quod putant Scriptores, aliena invadendi regna auctor. Atque quae
 equitas haec est? Haec siquidem singulis sua attribuit. Quae provida haec
 patrum affectus est cura? Haec siquidem singulis sua à vi aliorum custodire
 solet. Neutiquam igitur, neutiquam timeri potest, qui foedissimorum vitiorum fuit
 principium: ita ut, totus in libidinem conversus, nullam, quae formosa ex-
 caret, feminam intactam reliquerit, ne se ipsum quidem incestu abstinens,
 quem (quod dictu horrendum) sorori intulisse fertur. Vab! quam et
 dominanda timoris hujus est turpitudine: dum ex crassa ille ignorancia
 e caecitate gentium ortus! O crassissimam paganorum simplicitatem!
 extremam eorum caecitatem! Haec vel Furesia coeciores, vel etiam
 probo stolidiores illi fuerunt: dum non viderunt, non intellexerunt ipsi: quod cum
 Deitate stare nequaquam posset inter se rixis concertare, amore omni ex-
 casso hostilibus armis concurrere, atque ut feliciter ac facilius scelus hoc per-
 petraretur, non modo ab imbecilli hominum manu, sed à brutorum quoque
 exavis auxilia petere. Fecit id omne Vesanus ille Jupiter, indeque nec
 immerito esse explodenda vanitas, aut insania potius: quae adductis arma-
 tum, ut injuriam paternam vindicaret, conscripsit exercitum, clypeumque ex
 captarum pellibus, adversus Patrem pugnaturus, confecit. Et sane miror
 ego haec, et detestor potius, et umbrae Deastri hujus potestatem. Ecce n.,
 ut contra vim Parentis eandem Jupiter tueretur, vere et impii onere ipsa
 opprimeretur, miserellus Deus alios in societatem regni auxiliares adscivisse,
 fratribusque, Platone nempe et Neptuno, succurrentibus, impium divisisse se-
 quitur. Dum v. miror imbecillitatem Deastri, imò eandem detestor, item exclama-
 mo: O detestandam, o execrandam, o devotendam paganorum caecitatem! Haec n.
 tanta est, ut vix ac ne vix quidem major esse possit! Ubi v. frons vestra, pa-
 gani? Ubi mens? ubi sana rationis usus? Utane omnem perficulistis frontem,
 omnem ejurastis mentem, omnem exuistis rationem: ut vanitatem, imò impietatem,
 hujus timoris o agnoscat, non intelligatis, o aestimetis? Sed ut ut satis superque